

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

In receptatores sicariorum. Emblema LII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

In receptatores sicariorum.  
EMBLEMA LII.



**L**ATRONVM, furumq; manustibi, Scena, per urbem  
 It comes, & diris cineta cohors gladijs:  
 Atque ita te mentis generosum, prodige, censes,  
 Quod terna complures allicit olla malos.  
 En nouus Actæon, qui postquam cornua sumpsit,  
 In pradam canibus se dedit ipse suis.

COMMENTARI I.

I. **V**IR venabulo & habitu venatico instructus, caput ceruinum eminentibus cornibus habens, à grege canum irruentium prosternitur & laceratur.

II. **S**TOBÆO citatur illud ex Phavorio, ni fallor: ἀσπερό δ' κταίων ἐπὶ τῶν θεομένων ἀπ' αὐτῆς κοτῶν ἀπίσαντες, ἔτος οἱ κόλακες ἴσ' ἰρίφοντες καταλύσθαι. Quæmadmodum Actæon à canibus,

quos aliebat, discerpitur est: ita parafiti & assentatores eos, à quibus enutriumtur, miserè perdunt. Actæoni venator Aristæi ex Autonoe filius, Cadmi nepos, cum ex venatione lassus ad fontem potaturus accederet, ibi casu Dianam (venationis Deam, castitatis & solitudinis amicam) vidit nudam se lauancem. Quod illa indignè ferens, in faciem Actæonis aquam insperxit,

Actæon's  
fabula.

ruet

vide ille in ceruum conuersus est . Quem cum canes conspexissent, in eum irruentes dilaceratum comederunt . Namq; ita Saturni legibus cautum fuerat ( vt ait Callimachus in quodam hymno ) vt qui Deum innitum cernat , ingenti mercede cernat . Quod respexisse videtur Virgilius in Pharamaceut . cum dixit .

*Fer cineres, Amyrilli, foras, risuq; fluenti, Transq; caput iace, ne respexeris .*

Hanc Actæonis fabulam latè prosequitur Ouidius lib. 3. Metamorph. idemq; breuiter lib. 2. de Trist.

*Inscius Actæon vidit sine veste Dianam, Præda fuit canibus non minus ille suis .*

De eodem etiam Claudian. in Rufin. & Sill. lib. 12. Hac facit pulcherrimus locus ex Miscel. Politiani, cap. 80. de Tiresia, ob Pallada nudam conspectam oculis capto . Ibi ex Nonno 5. Dionysiacæ, inducit Actæonem exclamantem, vt felicem Tiresiam dicat, qui citra mortem, tantum amissis oculis Mineruam conspexerit nudam, quæ etiam lumen ademptum in animum ipsius transtulerit . Atq; adeo sic ait :

*Ὀλβία Τηρέσια, σὺ μὲν ἔδραρες ἰκτὸς ὀλβίη*

*Ἰουμὸν ἀνανομήνης σὶ κτείρωτος εἶδος Ἀΐδης .*

*Felix Tiresia, tu quæ vidisti citra perniciem Nudâ inuita misericordis formâ Mineruæ .*

Quod narratur de Actæone in ceruum transformato, sunt qui fabulam putant, plerique historiam malunt, auctore maxime Plinio, qui Actæonem & Cippum cornutos editos memorat . Quin & Maximus Tyrius à veris canibus Actæonem lacertatum fuisse dicit apud Corinthios, huiusq; facinoris auctores Bæchiadas appellat Vide Mytholog. Nat. Comit. lib. 6. c. vii. Ad quod apud Homerum legitur, Dianam per montium errantem iuga telis delectata, capras, & ceruos fugaces venando petsequi, sunt qui referant ad fabulam Actæonis . Alij veterum secuti philosophiam, sagittas eas, quæ ceruum assequuntur, solares radios indicare volunt ἡεροζ λυφικῶς, quorum nempe radiorum repercussu, cornua ipsa pro conditione loci, vbi luna est, & apparent & obducuntur . Sed hoc in carmine Alciati illustrando, placet mythologia, quam acceptam ferunt Anaximeni: nimirum quod Actæon periculis, quæ multa venando pertulerat, tandem expensis, grate

De Actæo  
sic dicitur .

iam affecta timidior factus, in ceruum dicatur mutatus, cumq; canes nihilo secius aleret, suum omne peculium absumpsit, hincq; à canibus laceratum . Conuersus autem fingitur in ceruum haud abs re . Nam sic aptè significatur stultitia . Auctor namque est Aristoteles, omnia animalia, quæ magnum cor habent, timidiota, infamioraq; esse . Vnde apud Homerum Achilles vocat Agamemnem,

*Ὀϊνοβαρής, κνίδς ὀμμάτῃ ἔχων, καρδίην δ' ἰλάσσει .*

*Tenuente, qui canis oculos habes, cor autem cerui .*

Vide Adagium: *Ceruinus vir* . Plinius quoque vult, pauida esse animalia, quibus præ grande sit cor : quo in numero refert mures, lepores, asinos, ceruos, &c . Maluit Alciatus, & quidem ingeniosè, torquere in eos, qui latrones furesq; recipiunt : aut etiam ( vt verbis vtar Martellini de deprauatis Romani populi moribus agentis, lib. 14. ) qui familiarium agmina, tanquam prædatorios globos post teiga trahunt, ne Sanctione quidè domi relicto, vt ait Comicus .

**LATRONVM** ] Vox latronū apud veteres usurpata est pro stipatoribus, & custodia corporis protectōribus, qui Imperatorē comitabantur, quasi laterones, quod circa latera esse solebant, à verbo Græco λατρεύω, quod est, *in seruiō* . Seneca 1. de Clauentia, cap. 12 . Ita sumit Capitolinus, Martellin. Spartian. & Herodian. lib. 5. *σωματοφύλακες* dicti, seu lateris custodes, *δορυφόροι*, spiculatores Tacito lib. 17. & 18. Senecæ 3. de Benefic. cap. 25 & lib. 1. de ira. Sueton. Claudio, cap. 35 . In Galba, cap. 18. Tacit. 1. & 13. Annal. refert, Germanos custodes Imperatorū Romano, & principū semina adfuisse . Sic olim latrones pro stipatoribus, à stipe nuncupati, quam mercedis nomine accipiebant corporis custodes, qui cum ferro circūdabant Regum corpora . Latrones ergo, ἀπὸ τῆς λάτρου, à mercede, Varro lib. 6. Latine lingua . Hodie dicuntur latrones viarum obsessores, qui publicè & per vim furantur : sic dicti à latendo, vel quod à latere adoriantur . Horat. lib. 1. Epist.

*Vt ingulenti homines sergant de nocte latrones .*

**Furumq;** ] Ganeonum, eorumq; qui malis artibus viuunt . Eruditus vir Alciatus has voces, *Latronum furumq;* non accipit

Cur in ceruum mutatus Actæon .

III. Latrones .

Quæ animalia, cibus .

IV. cibus .

V. cibus .

VI. cibus .

VII. cibus .

ut synonyma, vel promiscue, quod Horat. ait 1. Serm. fuita latrocinij est magnis parua comparare.

**Manus** ] Multitudo, globus, vt maxima militum manus apud Ciceronem in Philipp. & saepe alias. Virgil. 6. Aeneid.

**Lumen manus emicat ardens,**

**Scrua** ] Proprium quoddam nome aut fictitium, non temere suspicetur aliquis. Pleriq; *scrua*, legunt, pro, dira, crudeli, terrificata, &c. Sed malim *Scruam* accipi, vt Symmachus, pro improbo, sinistrae fame homine, rerum impetito. Quae sub obtentu tuo à quibusdam *scruis* designata dicuntur, ait ille. Et Graeci, cum qui sit ingenio tardo, *σκαριδύ* appellant. *οὐδὲ σκαριδύ, οὐδὲ ἐμυθισμονα*, dicit Aristophan. id est, *neq; scruam, neq; consilij inopem.*

**Et comes** ] te comitatur, se tibi adiungit, & latera stipat.

**Cincta cohors gladijs** ] Turba sicariotū, quos vulgus Italorum vocat, *braui*, & *spadacini*, per contumeliam.

**Mentis generosum** ] Nobilem, & excelso animo praeditum.

**Prodigis** ] Cicero 3. Offic. Prodigis, qui epulis & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundit in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam sunt omnino relicturi.

**Allicit olla malos** ] Ea est *olla amicitia*, vt habet Proverbium; ad quod respexit Martialis lib. 9. epig. 15.

**Hunc, quem vina tibi, quem mensa parauit amicum,**

**Esse putas fida pectus amicitiae?**

**Vinum amat, & cyathos, & sumina, & ostrea, non te:**

**Sublato vino nullus amicus erit.**

**En nouus Actaeon, &c.** ] *μυθολογία*. Tāgit Actaeonis fabulam, quam, fusc narrat Ouid. 3. Metamorph. vt supra inuimus.

**IV. VBEREM** documentorum segetem ex hoc Emblemate meere licet. Nos tria potissimū libabimus, & leui (quod aiunt) brachio perstringemus.

**I.** Corripuntur Actaeones quidam, qui sibi videtur multo insigniores & nobiliores, si quosuis sicarios, nulliusq; frugis homines, & ganeones inertes, domi & mente suscipiant, haud sano mentis oculo prauidentes, se vnā cum patrimonij comminuti damno, nominis & plerumq; vite iacturam

facere. Tutissimos enim se fore credunt, vt potē tanto tamq; generoso satellitio stipari; & tamen non aduertunt, quanti constet, quamq; noxia sit ea familiaritas. Anulus in picta poesi sic:

**Cornibus in ceruam mutatum Actaeon sumptis**

**Nembratim proprij diripere canes.**

**Dea, miser est dominus, parasitos quisquis & daces**

**Pascit, adulatūm preda parata canum: & quibus irridendū suggerit & comedendū**

**Seruus & ex domino corniger efficitur.**

Non piget huc traducere, quae Dio Chrysost orat. 10. De seruis, appositē scribit, se non putare damna à malis canibus plures accepisse, quam à malis hominibus. Etiam à canibus perniciosis vnūm Actaeonem aiunt (inquit ille) perditum, & his quidem in rabiem cum acti essent: à pernicioso vero hominibus dici non posse, quot perierint & plebei & reges, quot etiam ciuitates; hi quidem à seruis, illi autem à militibus & satellitibus, alij ab amicis quibusdam, nonne tenus amicis: alij quidem à filijs & fratribus, vxoribusq; damna capiunt innumera. Memorabile est illud ex Constantino Manasse Michaelis Imperatoris exemplum, quem cum Actaeone à canibus discepto comparat: siquidem inconsulto illi Principi, quod ab assentatoribus obsecus esset, miserè omnino, cessit. Tale quoq; Cicero depingit Verrem diuersis locis. Libro 4. Tua Messana, tuorum adiutrix scelerum, libidinum testis, praedarum ac furtorum receptrix, Aliquanto post: Fuisse Messanam omnium istius furtorū, ac praedarum receptricem, negare non potuerunt. Idem lib. 5. in eundem: Nam, vt antè docui, hanc sibi iste vrbe delegerat, quam haberet adiutricem scelerum, furtorum receptatricem, flagitiorum omnium sociam. Sic Paulus Iouius lib. 11. Histor. de Sacramoro Vicecomite: Sub idem tempus, inquit, Stortia aduersis nutantis Liguria rumoribus, & Sacramori Vicecomitis inexpectata defectio percussus, cum primis Helueticorum cohortibus Nouariam contenderat, vt opportuna in vrbe, tutus ab insidijs, aduentantes legiones expectaret. Sacramorus circumvallandae arci praerat, vir principe ortus familia, sed maiorum suorum virtutis & gloriae penitus oblitus, vt pote qui fortuna sua minimè

Lactis Dionis Chrysostr.

Michael Imperator.

Verris.

Sacramorus.



contentus, ad antiquum inclitę domus decus, nequaquam bonis artibus aspiraret: alebat enim circa se audaces veteranos, ab egestate & superbia cadibus afflueros, & maleficijs in fames; & in his aliquot primę nobilitatis adolescentes dissoluta vita perditos & effrenes, qui a parentum imperio, gratiaq; dilapsi, licentię militaris libertatem querebant. &c. Venit hic mihi in mentem quod de receptoribus, seu receptatoribus iura edixerunt, in quos nempe voluerunt acerrimę animaduerti, l. 3. §. cognoscit, ff. de off. præf. vigil. quia sine his diu maleficia latere non possunt. l. 1. de recepti. Sic Vlpian. in l. Congruit, de præf. vult a præfide animaduerti in sacrilegos, latrones, plagiatos, fures, prout eorum quisque deliquerit: receptoresq; eorum coercere, siue quibus latro diutius latere nõ potest. Cui simile illud Quintiliani ex declamatio ne 255. vbi ait, proximos eos esse transfugis, a quibus transfugę recipiuntur: quia natura simile sit, facere scelus & probare.

2. Qui mythologica tractantur, hoc de Actęone figmentum ad venatores referunt, qui suas opes miserę dilapidant in venandi luxu inutili admodum & sumptuoso: etenim a canibus, quos aluere, tandem vltione diuina quasi membratim dilaniantur. Nam tamen nihil aliud seeleris admitterent, nisi in eo, quod erogent in victum canum, quod commodius posset egenis & pauperie pressis conferri: ea tamen culpa satis habet grauitatis ad prouocandum iustam Dei præpotentis iram, qui tot bona nobis non est elargitus, vt ijs tam malę vramur. Eoque grauius illi peccant, quod rebus necessarijs animum non applicet, vt agriculturę, vt Reip. vt alijs honestis actio nibus, sed omnem temporis vsuram collocant in venatu: quo fit, vt in vrgentem minusq; sibi notam penuriã precipites ruant. Itaq; dici non ab re potest, eos non a canibus modò, sed auiibus & equis absumptos ac dilaceratos. Palæphatus ait, Poetas hoc figmento nihil aliud docuisse, quàm homines cauere maximę debere, ne quid agant quod dijs iniuriosum sit aut ingratum, aut quod eos in iram prouocet. Adhęc olim omnes labori fuisse iacentissimos, & mani-

bis victum quaesuisse, non seruis aut exteris sua negotia, sed sibi tantum commisisse: ideoq; qui laboriosissimi essent, opibus & facultatibus præ ceteris abundante: contra qui sese otio dedebant, voluptates cõlecta. *Otijs nature.* in extremam rerum penuriam decidisse, & opibus exhaustos esse, adeo vt aureo hamo se piscatos esse dolerent, aut cum canibus sibi opes cucurrisse, auolasse cum accipit re conquererentur: quemadmodum & ipsi Actęoni cõtingit. Cui rei domesticę curam negligenti, quiniimò venationi duntaxat intentõ, facultas omnis & vita defecit. Cum autem nihil amplius in bonis haberet, in illum homines dicebant: *ἄλε Αἰταίων, ὅς τῶν ἰδίων κυνῶν κατεβράδης.* id est: *Miser Actęon, qui a proprijs canibus consumptus est.* Vide prouerbium, *Alē luporum canulos.*

3. Demum illud speciatim in prodigos adolefcentes non ab re licet conuertere, qui promi magis quàm condij, vt Phryges sero sapiunt; & tum fortę, sed frustra relapsunt, cum nihil est amplius in oculis, Sibi quidem mirę placent, cum secundis fortunę ventis opes suppetunt, quibus impudentes & ignauos ganeones (qui nullam aliud sibi pensum relictum habent, quàm vt lautas culinas affectentur, alienaq; quadra viuant) pascant & enutrient. At exhaustis patrimonijs, quid illis superest, nisi vt aliena compilent, tandemq; in malam crucem adigantur, ab ijs relictõ, longumque valere iussõ, a quibus in conditionem tam miseram, tamq; abiectam coacti sunt? Recte itaq; dicere solebat Aristonymus: *Ligna dum ignem nutriunt, ab ipso consummi, diuitias dum adulatorum alunt, ab eis labefactari.* Quę cum ita sint, commendandus est Timon Atheniensis, qui Demęam adulatorem ligone percussit, homines admonere volens, ne pessima parasitorum contagio labefactati, per imprudentiam in tam procliuia vitę discrimina pessum raperentur, omniumq; ignominię, contumeliis, atq; ludibrijs expositi, eorum, quibus se suaq; omnia crediderant, proditione perderentur.

Paen. receptatorum.

Venatores.

Veterum in dustria.

In